

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Resurrectio q
cum uariis

Considereremus paruum cuiuslibet arboris semen quod in terra iacitur ut arbor ex illo producatur et comprehendamus si possumus, ubi in illa tanta paruitate seminis tam immensa arbor latuit que ex illo processit, ubi lignum, ubi cortex, ubi uiriditas foliorum, ubi ubertas fructuum. Nunquid nam in semine tale aliquid uidebatur cum in terra iaceretur? Quid ergo mirum si tenuissimum puluerem a nostris oculis in elementis redactum cum uult Deus in hominem reformat, qui ex tenuissimis seminibus immensa arbusta reintegrat?

Gregorius ibidem.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

paruum] parum B, parnu M; immensa] in mensa P; nam] non P V¹ V² L¹ L²; elementis]
elementa L²; reintegrat] ridintegrat L²